

bucionem istam per secula cuncta, amen, salva semper mea fidelitate et de omni mea, per secula cuncta, amen.

Quisquis vero ex posteritate mea vellet ingen[u]itatem istam dirumpere, maledicatur ab Omnipotenti Deo, qui cuncta creavit, et a Genitrici eius omnibusque sanctis eius, et sit particeps cum Datam et Abiron, quos terra vivos absorbit, et cum Anania et Saphira, qui ante pedes apostolorum extincti acciderunt, et cum Iuda traditore in inferno inferiori, amen.

Ego Adefonsus, Dei gratia Ispanie imperator, hanc cartam ingenuitatis et libertatis laudo et confirmo et hoc sig[*signo*]num facio.

Facta vero hanc cartam ingenuitatis et libertatis era M^a. C^a. LX^a., in mense iunio, apud illo castello novo quod fecimus in campo de Sobala, regnante me Dei gratia in Castella et in Aragon, in Suprarbi et in Rippacurça, episcopus Stephanus in Oscha, Sancius episcopus in Irunia, episcopus Raymundus in Rota, Petrus episcopus in Caesaraugusta, comes Bertrandus in Carrion et in Logronno, senior [Fortungo]² Garcez Caxalt in Nagera et in Tutela et in Darocha, senior Enecho Xemenones in Socovia et in Exeia, senior Lop Garcez Peregrini in Alagon, senior Lop Lopez in Calorra et in Anso et in Sobala.

Ego quidem Garsias scriptor iussu domni imperatoris hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [*signo*] feci.

1 *En vez de merinos B copia terminos.* 2 *El texto copia Frago, que siempre se produce cuando el copista no ha sabido desarrollar la abreviatura correspondiente a Fortungo en letra visigótica.*

1124

32

Alfonso I el Batallador, rey de Aragón, dona y concede todo cuanto sus antecesores habían dada al monasterio de Siresa desde el puente de Javierre hacia arriba.

BN, ms. 746, fol. 118-119, n^o. 3, copia del siglo XVII.

In Dei nomine. Hoc est testamentum quod ego Ildelfonsus, Aragonensium rex, dono et concedo omnia que predecessores mei et reges sive comites monasterio Siresie contuserunt de ponte Xabierr in sursum, ut nullus sibi habeat potestatem, nisi tantum ut sequant regem // in hostem.

Si quis vero quidquam aliud exigere voluerit vel hoc donativum dirumpere, non sit particeps ullius beneficii, sed cum Datan et Abiron utraque vita carens in eternum pereat geenalibus penis habendus.

Facta carta era M^a. Ca. LXa. Iia.

1133 febrero. Sobradíel

33

Iñigo, capellán de Alfonso I el Batallador, da a Arnaldo de San Vicente, unas casas destruidas y yermas que tenía en Zaragoza, para que las reedificase y las tuviese toda su vida, entregando un censo anual.

BN, ms. 746, fol. 127, núm. 34, copia del siglo XVII.

Sub Christi nomine et divina eius clementia. Ego Eneco, capellanus domni regis, cum eius voluntate, et cum consilio et voluntate omnium canonicorum de Siresa, facio hanc cartam donacionis ad te Arnaldo de